

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema CXVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

herit, cum mortuus fuerit. Diues epulo mox cruciatur.
Luc. 16. v. 23.

Et impiorum haud raro tristes sunt exitus. Psa. 73. v. 19.
Ablolom. 2. Sam. 18. Adonia, 1. Reg. 2. Joab. 1. Reg. 2. v. 34.

3. Interdum etiam testatur Deus maledictione, quam
posteri sentiunt, qualis fuerit, quem nos felicem iudica-
uimus. Vindiceat enim peccata patrum in tertiam gene-
rationem. Exod. 20. Contra: semen iusti benedicitur,
Psa. 112. vers. 2.

Vsvs huius loci is est, vt intelligamus, non semper
apud Deum felices esse eos, quos mundus iudicat esse ta-
les. Ideoque etiam non exoptandam illorum felicitatem.
Cum plurimi post hanc vitam sentiant æternos crucia-
tus. Suspensam ergo nostra iudicia, & in timore Domi-
ni ambulemus nostra sorte contenti.

NOTANDVM autem ab externis euentibus circa
mortem contingentibus non de æterna felicitate iudi-
candum. [De temporali enim felicitate hic est sermo]

Pii enim interdum videntur tristioribus casibus abripi.
Vbi tenenda regula illa, Rom. 8. v. 28. Diligentibus Deum,
Contra de impijs Hiob. 21. v. 13. dicitur, Vix ad momen-
tam terrentur. Ergo hic non iudicandum ante tempus, 1.
Cor. 4. v. 5.

Tum autem experiemus, quoniam sint beati, qui non.
Quique suum onus portabit, Gal. 6. v. 5. vbi omnia reue-
labuntur, 1. Cor. 4. v. 5.

F I N I S.

T H E M A C X V I.

Syr. 14. vers. 18. ad. 22.

*Omnis caro sicut vestis veterascit. Vetus enim pactum
moriens. Sicut folia arborum, &c.*

D I S P O S I T I O.

Tres sunt insignes sententiæ, hoc loco Syracidis con-
iunctæ, quæ tribus concionibus seorsim possent tractari,
Prima

Prima continet similitudinem, de veste veterascente, cui comparatur omnis caro: quæ ex pacto illo verustissimo mori necesse habet.

Alterâ pars continet similitudinem de arborum foliis, quorum alia deiciuntur, alia nascuntur: ita homines alii nascuntur, alii moriuntur. Tertiâ sententiola hoc vult, Omne corruptibile habere suum finem. Ideoq; hominem simul cum omnibus aliis tandem perire.

Quamvis autem hæc, vt diximus, sigillatim possent tractari commode singula: eleganter tamen hæc eadem conæreas, si vna vice tractanda sint.

Primam enim ostendit, omnem carnem morti esse subiectam: Deinde vero subiicit: Nec simul tamen omnem deleri carnem, sed semper alios succedere aliis. Tertio hoc addit: tandem omne corruptibile penitus abolendum, & sic cum cæteris quoq; omnium hominum finem instare. Singula breuiter examinabimus, & vsum subiciemus.

1. Pars.

1. Primum hominem comparat vestimento paulatim veterascenti. Hæc similitudine vtitur Psalmus 102, de cælis transcurtis: & de terra, Esa 51. v. 6. Quia sicut cælum & terra veterascent, ita etiam homines sub cælo, in terris viuentes. Dum ites cinem qese vte dem andern. Quia sunt creaturæ Dei, simul intra vnâ septimanam creatæ.

2. Hominem carnem vocat, ad denotandam fragilitatem, corruptionem factam per peccatum, & infirmitatem. Sic etiam alibi vox carnis pro hominibus sumitur, Gen. 6 v. 2. & 13, & 17. Jer 17. v. 5.

3. Neminem excipi ab hac, regula ostendit dum ait, omnis caro. Tam nobilis quam ignobilis.

4. Sicut vestis veterascer. Vestis initio est bona, integra, ad ornandum & ad tegendum hominem composita. Progressu temporis sic lacera, mutila, vt nec ornate nec tegere amplius possit. Tandem ergo abiicitur extra portas ciuitatis. Ira homo dum iuuenis est, viger & valet.

Iucundus aspectu. Post aliquot (interdum paucos admodum) annos squaler, pallet, infirmus est. Nullus vigor, nulla vis amplius. Vel senio vel morbis aut curis confectus tandem deficit, moritur & ex conspectu hominum remouetur. *Wie ein alter Lump.*

Nemo enim tam iucundus, tam charus & clarus est: cui triduo post mortem cupias accubare. Lazarus quadriduanus foetet etiam forori, Joh. 11. v. 39.

5. Quare tanta miseria? Et omnium quidem hominum? Ex pacto isto vetustissimo: Quacunque die comederis, morte morieris, Gen. 2. v. 17. Comedit autem Adamus, pro se & posteris.

Moricendum itaque ipsi & omnibus posteris, sicut conuentum erat inter Deum & ipsum.

DISCIMVS ergo, non fieri nobis iniuriam, quod cogimur omnes mori. Quia sic pepigit Deus cum Adamo: & Adamus für alle seine Erben vnd Nachkommen hat das pactum eingegangen / vnd also vff sich genommen die Beschwerdt: non coactus, sed volens. *Wissentlich / wolbedächtlich.* Etiam monitus à Deo. *Er soll sich wol bestimmen.*

1. Pactum itaque non potest fieri irritum: sicut non potest reuocari pactum, quod pater aliquis, pro se & filiis atque heredibus, sciens, volens, & non coactus, nulla fraude circumuentus, pepigit. Quamuis illud graue sit posteris, seruandum tamen. Sicut autem liberi non propterea acculant parentes, nec maledicunt illis, (siquidem boni sunt) iam vita functis: cum sciant ipsos fuisse homines, potuisse errare: ita non maledicendum protoplastis, qui sic fuere à Diabolo decepti, & in seruitutem redacti, sed Diabolo potius maledicendum, cuius inuidia mors irrepfit, Sap. 1. v. 24. Nec Deo vlla tribuenda culpa. Nec inuiti moriamur. Quia ex pacto fit, vnd muss seyn. Itaque recte Syr. 4. 1. in fine: Quid renuis? Du must sterben. *Es geht kein Loch hindurch.* Pactum seruandum est. Satius igitur, te promptum & paratum esse, ad soluendum illud

filod naturam
caulam.

1. Neque
siquis tantum
res. Omnis

boni person

lib. 3. v. 2.

Elegantem

1. Et nota

pepigit, de fili

1. vetera

ca, Eccl. 1

pepigit in

caulis, qui

maqua glor

quod verum

1. Co

impulsi pe

4. Qu

noua ind

que singu

lam, pra

mal carnis

tempore co

uati ex co

uolare

1. Nulle

capit q

Ne pepe

edificat q

1. Comen

1. Eius

Omnit

1. Eius

illud naturæ debitum, sicut recte vocatur hanc ipsam ob causam.

2. Neque tam graue sit mori, quia hoc pactum non aliquos tantum obstringit, sed omnes omnino homines. *Omnis caro veterascet. Es gehet einem wie dem andern / Herren vnd Knecht.* Via omnis carnis, *Jos. 23. v. 14. 1. Reg. 3. v. 2.*

Eleganter de hoc pacto monet Syrach cap. 14. v. 14.

3. Et notandum loco consolationis, quod non anima sic perit, deficit & veterascit, sed tantum, id quod *caro est.* Caro veterascit: Spiritus autē redit ad Deum, qui dedit eum, *Ecc. 12. v. 7.* Et spiritus cum carne iungetur suo tempore; atque in æternum viuet homo, beneficio mediatoris Christi, qui immortalitatem reduxit, *2. Tim. x. v. 10.* Et magna gloria erit carnis resurgentis, quia innouabitur, quod vetustate consumptum fuit, & resurget caro gloriosa, *1. Cor. 15. v. 43. Philip. 3. v. 21. Job. 19. v. 25.* quæ non amplius poterit veterascere. De piis hæc dicuntur.

4. Quotiescunque autem homo, non veste tantum noua induitur, & veterascentem abijcit, sed quotiescunque singulis diebus vestem suam induit, imo quoties illam, præsertim iam veterascentem, aspiciet: memor sit simul carnis quoque suæ, & corporis veterascentis, & suo tempore consumendi atque abiiciendi in terram, & remouendi ex conspectu hominum. Hæc meditatio docebit te ambulare corde sapienti, *Psal. 90. v. 12. Syr. 7. in fine.*

5. Posset etiam tractari Locus hic: Non superbidum corpore quantumuis venusto & vegeto. Quia caro est. Nec perpetuo in eodem vigore manet: sed veterascit & deficit atque perit tandem. Was soll man mit einem alten Lumpenpraangen. Quid superbit cinis & terra? *Syr. 10. v. 9. Flos agri, Esa. 40. v. 6. & 8.*

II. Pars.

Omnibus quidem ex antiquo illo pacto moriendum. At non simul & semel vna vice: Sed dum alii moriuntur, alii iterum nascuntur. Alioquin iam ante multa secula

Es muß alle Ding / ein Anfang und ein End haben: Vbi Abraham, David Salomon, Samson &c. Transferunt.

L. IV. Egregia est ista similitudo de foliis arborum quæ nobis depingit cursum vitæ humanæ Sicut enim folium in arbore r. nascitur, 2. crescit, 3. virefcit, 4. maturefcit, 5. siccatur, 6. & tandem deicitur. Ita comparatum est cum omni carne humana, quæ per omnes ætates cum foliis crescit & decrefcit, hoc vt sequitur modo, si ex æte velimus pèrpendere.

1. Primum enim, sicut folium nascitur ex arbore, ita homo ex homine, ex parentibus.
2. Crescit folium natum, sed adhuc tenerum est initio: ita homo in infantia & puericia crescit. Ist aber noch ein Klein zart Ding / hat noch kein rechte Vnsichen.
3. Vbi accreuit folium, tum demum virefcit: ita sicut es sich hüpfch arän auff. Ita florefcit homo in adolescentia. Wiederlieblich / lustig
4. Maturefcit post folium, & iustam magnitudinem acquirit. Ita maturefcit homo in iuuentute, & virili ætate. Bekompt sein Stärck / Fierd / Ehr.
5. Folium tandem aduentante autumno siccatur, & nonnihil venustatis amittit, tamen adhuc in arbore manet. Wirdt fahl / oder gelb / zc. vnd ist nicht mehr schön grün / frisch / zc.

Ita homo in senectute, incipit paulatim amittere suam venustatè, robur, vigorem, vires animi & corporis. Et tamen adhuc viuit.

6. Tandem vero folium marefcit, deicitur aduentante hyeme, & conculeatur pedibus, atque in simum & terram, aut cinerem vertitur. Ita homo morte superueniente sicut flos, decedit & deicitur, in terram reconditur & in puluerem vertitur. Ecc. 12. v. 7.

Hæc perpetuo sunt meditanda. Sicut folia omnibus partibus anni solent considerari: ita omnibus temporibus de nostra instabilitate cogitandum: quoties folia vel virentia vel marcescentia inspiciamus. Vbi & hoc notandum.

dum: quod sicut non semper folia in arbore hærent vltq; ad hyemem, nec tum demum decidunt, cum exiccata sunt: sed interdū solent decerpi cum fructib⁹, decuti, vel vi ventorum, vel aliis rationibus, violenter: (Mann fröst/wirfft/eritt/schlegeste ab) Ita non omnes ad longam senectam semper viuunt, sed citius decutientur, &c.

Vitæ enim, vt foliorum, magna fragilitas & leuitas.

III. Pars.

Sicut autem folia alia succrescunt, alia deiciuntur vltque ad hyemem, vbi tota arbor denudatur: Ita hoc loco Syrach ait: Esse quidem vicissitudines hominum, quamdiu Deus voluerit hunc mundum consistere, tandem vero omnium rerum fore finem. Quicquid enim corruptibile est, illud finem est habiturum. Et qui tractant illa, simul etiam cum ipsis pereunt. Successu temporis enim, finis adueniet omnis corruptibilitatis. Vbi mundus & æcælum atque terra, & homines cum omnibus aliis creatis rebus sunt transitori. Vno verbo hoc vult: Wann es lang genug vmbgeht / so muß doch endlich alles mit einander zergehen/vnd die Menschen auch zusampft dem/ damit sie vmbgehen /endlich gar zu nichte werden.

LOCVS I. Recurrit hic locus, qui iam modo in II. parte huius Dispositionis numero secundo est annotatus, Nihil esse in hoc mundo durabile, sed corruptibilia omnia. Et qui hæc tractât, simul cum illis terrenis pereunt. Stultum igitur est, tractare tantum ea, cum quibus tibi pereundum. si quæreremus cœlestia, & thesauros illos, Matth. 6 v 20. non corrumpi possent: sed manerent etiam ista post hanc vitam nobis integra. Cœlum & terra transibit, verbum autem Domini manet in æternum. Lucæ. 21. v. 33. Esa. 40. v. 8. Ergo verbum illud non immerito auro & obryzo pretiosius Dauidi, Psal. 119. v. 72. & 127.

II. Post verbum Domini, illud etiam quærendum, quod corruptioni non est obnoxium: scilicet nomen bonum, Vide Syr. 42. v. 16. & Prou. 22. v. 1.

III. Quia

III. Quia omnia corruptibilia (& in his homo etiam) habent finem, soletur nos hoc vnum, I. Corin. 15. v. 54. quod hoc corruptibile corpus induet *ἀφθαρσίαν*, & mortale induet *ἀθανάσιαν* Resurget n. *ἀφθαρτος*. Ibid. vers. 43. Hoc desideremus in hac corruptione, vt superinduemur, 2. Cor. 5. v. 2. De his sæpius alias.

F I N I S.

THEMA CXVII.

Syr. 18. vers. 6. ad 9.

Cum consummaverit homo, tunc incipiet. &c.

Dispositionem huius Thematis vide supra in I. parte Promptuarii, Classe II. Num. XXXIII. pag. 210.

THEMA CXVIII.

Syr. 22. vers. 11.

Modicum plora super mortuum, quoniam quiescit.

DISPOSITIO.

Congregati hodie sumus in domo luctus. Eiusmodi autem cōgregationes, non tam propter defunctos, quam propter superstites instituuntur. Quamuis enim hunc extremum honorem habuerimus defuncto, quod funus comitati sumus, ad testificandum amorem erga defunctum, tamen monet Salomon, vt viui interim reuocent ad animam, quod vident & audiunt in domo luctus, Eccl. 7. v. 3.

Quia autem obitus præsentis defuncti admodum luctuosus est, non coniugi & liberis tantum (his quidem maxime) sed & toti cognationi honestissimæ & amplissimæ, præsentem Syracidis admonitionem proponere, & ex illa hæc tria tractare lubet.

1. Anne defuncti lugendi. 2. Quomodo lugendi.
3. Quare non nimium lugendi.

I. Pars.

Primum mortuos lugendos, ipse Syrach non his tan-

Aa s tum